

VIII

128

solo exterminatos ostendit Gallia. Quanto autē angli sint
 francis tuis inferiores: frequētes pmagnæq; de ijs habitæ
 in hanc diē a te uictoriæ declararūt. Impatoris præstantiā
 duabus rebus constare puto: prudentia & uirtute: quibus
 ipsis & auctoritas ois & euentus p̄speri pariunt. Nā ratio
 & cōsiliū cū oibus in rebus plurimū ualet: tū in bello gerē
 do maxime. Qui em̄ rei militaris & imperij sit ignarus: re
 ste agere nihil pōt neq; pugnādo neq; imperando. Nam si
 ue quorūdā perfidia factū fuerit: siue nutu quodā dei: qui
 quos amat arguit & castigat: quo sese cognoscentes erudi
 tiores fiant: ab usq; puero in hanc ætatē iam ingrauescētē
 ita belli semper uersatus es: ut nullum te oino neq; militis
 nec imperatoris mun^o: usus nullus: rō nulla latere quæat.
 Virtute autē tanta es: quāta rex unq; alius neq; fuit nec esse
 possit. Quē em̄ te uno iustiorē: quē beneficentiorē aut ui
 dimus: aut audiui^o: aut legim^o: De hūanitate: de mode
 stia: de facilitate tua qd attinet dicere: qui cū cæteris oibus
 nois Christiani principib^o: & regibus dignitate: uiribus: &
 gloria antecellis: te infimis etiā oibus parem geras: quos
 cunq; illustri aliquo p̄bitatis simulacro præditos esse per
 spicias. Quibus quidē artib^o per foelicissimos rerum exit^o:
 quos prudentiæ uirtutis interuētū de^o ipse præstare cōsue
 uit: tāta es auctoritatē adeptus: ut & deo tuisq; carissimis &
 cunctis mortalibus non uenerabilis minus: q̄ formidabilis
 uideare. Quoniam igitur ea omnia tecum habes: quibus
 facilis uictoria paritur: quid est: quod te ab huiusmodi bel
 lo remorari debeat. Nam hæc infidelibus secus sunt om
 nia. Dicā primū de sarrhacenis: de turcis postea. Si de ma
 hometo ipso totius illorū sup̄stitionis & impietatis principe
 pauca antea pcucurrero. Fuit em̄ mahomet^o cyrenaico ge
 nere nat^o anno a natali christiano sexcētesimo uigesimo se
 xto: nulla parētū claritudine cognitus: nullis opibus: solus
 prorsus & nullarū uiriū: nullorūq; neruorū. Hic admodū
 puer captus a sarrhacenis q̄ insignes habent inter arabas.
 latrocinij: uæniit Abdimonepli mercatori: q̄ se Ismabeliti
 co genere ortum diceret. Is qm̄ careret filiis: cœpit primo
 mahometū tractare liberalius: qua qdē re factū ē: ut Abdi